



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Capvt XXVIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

CAPVT XXVIII.

Mat. 16. b. 6.
Ioan. 20. c.
11.

VESPERE autem sabbathi, que lucefcit in prima sabbathi, venit Maria Magdalena, & altera Maria uidere sepulchrum. 2. Et ecce terra motus factus est magnus. Angelus enim Domini descendit de caelo: & accedens reuoluit lapidem, & sedebat super eum. 3. Erat autem aspectus eius sicut fulgur, & vestimentum eius sicut nix. 4. Pro timore autem eius exterriti sunt custodes, & facti sunt velut mortui. 5. Respondens autem angelus dixit mulieribus: Nolite timere vos: scio enim, quod esum, qui crucifixus est, queritis. 6. Non est hic: surrexit enim, sicut dixit. Venite, & uidere locum, ubi posuerat Dominus. 7. Et cito cuntes, dicite discipulis eius quia surrexerit: & ecce praecedat vos in Galileam: ibi eum videbitis, ecce praeceperat vobis. 8. Et exierant cito de monumento cum timore, & gaudio magno, currentes nunciare discipulis eius. 9. Et ecce Iesus occurrit illis, dicens: Aue. Ille autem accesserunt, & tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum. 10. Tunc ait illis Iesus: Nolite timere. Ite, nunciate fratribus meis, ut eant in Galileam: ibi me videbunt. 11. Quae cum abissent, ecce quidam de custodibus venerunt in ciuitatem, & narrauerunt principibus sacerdotum omnia, quae facta fuerant. 12. Et congregati cum senioribus consilio accepto, pecuniam copiosam dederunt militibus. 13. Dicens: Dicite quia discipuli eius nocte venerunt, & furati sunt eum, ubi dormientibus. 14. Et si hoc auditum fuerit a praefide, nos suadebimus ei, & securos vos faciemus. 15. Atque accepta pecunia fecerunt sicut erant edocti. Et divulgatum est verbum istud apud Iudeos usque in hodiernum diem. 16. Undecim autem discipuli abierunt in Galileam in montem, ubi constituerat illis Iesus. 17. Et videlicet adorauerunt: quidam autem dubitauerunt. 18. Et accedens Iesus locutus est eis, dicens: Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra. 19. Euntes ergo docete omnes gentes: baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. 20. Docentes eos seruari omnia quaecumque mandauit vobis: & ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem saeculi.

Mat. 16. d.
25.

IN CAPVT VICESIMVM OCTAVVM

ARGVMENTVM.

Historiae-
resurrectio-
nis.

SIGNA resurrectionis describuntur, postquam enim Dominus victa morte surrexit. Angelus facto terramotu lapidem reuoluit ab ostio monumenti, sedique super eum. Custodes terrentur, mulieres ad vngendum profectae intelligunt resurrectionem Dominum, Apostolisque renunciare iubentur, fore ut praecedat in Galileam. Nuntiant illa discipulis. Postea ipsis occurrit Iesus, & iubeat in Galileam.

Hae dum sacerdotibus custodes nunciant, acceptam eadem mercede, furto sublatum cadauer promulgarunt. Denique cum undecim in Galileam essent profecti, illos Dominus admonet, & iubet ubique docere, & baptizare in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.

Hoc caput in Syra Ecclesia legitur, ad vespeream vnius Sabbathi resurrectionis, ita enim titulus habet, de quo paulo post plura. Post capitis finem in Syro illa verba addita sunt, *אונגלין קרישא כרוזותא דמתי זאכרי עבראית ברעא דפלסטין* Schelam Euangelion cadisha an-uzusa damatti dai dazrez hebraith bargha dephalestini. Eius Euangelij sara, praconij Marthae, quod praedicauit Hebraece in terra Palestina.

VERSVS I.

Vespere autem Sabbathi, qua lucefcit in prima Sabbathi, venit Maria Magdalena, & altera Maria uidere sepulchrum.

QUESTIO I.

Qua sit vespera Sabbathi?

Latina le-
ctio obscu-
ra.

§. 1. **I**N verbis Latinae versionis, quam re, maior est difficultas, Beza versionem Erasmi, & vulgatae repudiat, eo quod vespera sit prior pars noctis, at Matthaeus indicet hic esse posteriorem, qua vespera vocati non solet. Ipse vertit: extremo Sabbathi, & sic. Hic cilic: Verumtamen & Calvinus, & Ballingerus, aliiq; ut Illyricus Vespere nomen retinuerunt. Fuitque ea lectio vetustissima: sed tamen quae obscuritatem pareret. Hieronymus Epist. 150. q. 4. ad Heliodiam. Matthaeus enim scribit: Vespere Sabbathi, id est Isero, non incipiente nocte, sed

profunda, etiam magna ex parte transacta apparuisse Dominum Mariae Magdalene, & apparuisse Sabbathi illi, quod est in vnam Sabbathi. seipsum interpretans, quid dixisset. Vespere Sabbathi: appropinquante iam luce sequenti. Alii tamen retinere f. re eam lectionem Patres antiqui. Syrus interpres. Qui habet in titulo capitis, ad vespeream vnius Sabbathi resurrectionis. & capite hoc interpretatur. *ברעאית ברעא דפלסטין* Beramschaden bischab beta. Iam vespera igitur in Sabbathi. Nomen igitur vesperae interpretatur etiam ea significatione. Quod indicat non oralle eum, qui h. vesperae conuertit. Syrus ecce vertit Iunius & Tiem. Illius, Vespere autem in Sabbathi, cuius (vespere) lux prima est in septimana. Syrus *ברעאית ברעא*, hoc est, cuius lux prima in Sabbathi. Potent illi vesperam significare primam noctis partem propterea, sapienter tamen & totam noctem indicare. Atque ita optimi auctores vesperam hoc loco interpretantur. Tractum ex Hebraeo ut consuetudine alit. Melchior, apud quos *דער וואך* oram noctem significat, contra mane distinguitur, ut etiam aliis locis plerumque. Tamen Ierem. 5. vers. 6. Sophon. 3. 3. ubi *ליל* pro nocte dicuntur, & Sophon. 2. 7. pro nocte accipiuntur.

quod est rem ita confundi ut
dicuntur quædam, cum veroid nomen, imo magis
nos quam tempus faciat, illa quoque dici potest
5. Præputia velper vertunt aut *εσπερας*, aut *εσπερας*,
aut *δελτα*, aut *δεννις*. Vno loco. Ecclesiast. 11. v.
6. vocant *δελτα*, diem. Quod ideo miror, quia alio-
7. quæ *εσπερας* etiam est ob- n. b. c. f. c. g. obliuiri: itaque
8. quam tenebras signi- ficat. Imo & noctem, ita-
9. que locutio pender ex Hebræo. Latini non solent ves-
perare nomine vitium aut s. partem indicare.
Sed etiam Hebræos, seu Syros, & Chaldæos do-
cet nos primum caput Geneleos, & hic locus, vbi est
10. *εσπερας* quod vesperam significat, & hic tamen no-
dim.

31. Hinc minus eorum probò sententiam, qui id-
eum venisse velle nisse tradunt, quod à vespere
cepissent omnia ad vngendū apparare. Vel quod sa-
pienter venisse arbitrentur aliam Magdalenam ve-
nisse, aliam mane venisse. Quamvis enim non du-
bitet, altera die post crucifixionem, aliquos ex is-
ta speculamur, non tamen hæc mulieres exierunt: Sab-
bathum enim quieuerunt. Nec tollitur difficultas. Nam
dicitur vespere quæ lucet in primis Sabbathi, vici-
nitatem soli exortui erat vespere. Et vt Syrus dicit:
quæ prima Sabbathi.

h3. Sensus igitur ex Græco textu planus est. Nempe non *καθ' ἑσπέραν*, Sero Sabba horum, seu, sero Sabbathi, quomodo Latinis loqui non est permittendum. Græcis significat transacto Sabbatho tempus non immediate coniunctumque seu *κατ' ἑσπέραν ἑσπέρων*, insequens, sed aliquo intervallo. Itaque noctem designat, ubi item noctis, quæ dudum elapso Sabbatho iam in lucem alterius diei patitur. Ita Ambrosius in Lucam. Græcis *λε μέσσην* dixit, hoc est *ἡ μέση*. Sero autem et horam significat in ocaum diei. Cuiuscunque res significat ardorem: quomodo si dicat: Sero mihi iuggerat diei, tarde. Sero venit qui post præsinitum tempus advenit: licet mane sequenti venient, sero tamen est, ubi agendo tempus emiserit est. Est et sero tempus noctis profundæ, si qui dicat sero ad ludubrandum surrexi.

Ida Gregorio Nysseno est. o. at. 2. de resurrectione. Non dicitur quod Sabbathi aut vesperi Sabbathi, vespertium illud dei signficaret, sed vesperi Sabbathorum, vespertium & matutinum distans indicaret. Item aliquid nos quoque dicere solemus. *Dei res est* & *Dei opus*, id est, tardum ad tempus adveniens. *Dei res* *auges*, *Serius* ad horam, *serius* quam visus exigebat. Itaque *Dei* *res* *et* *opus* *serius*, longius & tardius prater septimanae tempus significare dicit.

Et Augustinus lib. 3. de consens. Euangel. cap. 24.
Apertissima notitia, quæ est vespere, ipsam noctem voluit si-
gnificare: Mattheus, cuius notitia vespere venerunt mulieres ad in-
dumentum. Id vero causâ intelligitur eandem noctem sic ap-
pellari, quia iam ad vespere: etiam asserere ad ornata transiit ap-
pertum Sabbatum, &c. Sic itaque dictum est, ad vespere Sabbati,
ut si diceretur nocte Sabbati, id est, nocte quæ sequitur

Hæc confesio Latinorum & Græcorum. Quomodo
etiam Thucydides dixit. ὅτε τῆς ἡμέρας, hoc est la-
tis, cum nox ageretur.

Et Hieronymus ad Hedibiam loco citato. Vespere
Sabbathi, id est, sero, non incipiente nocte, sed iam
profunda, et magna parte transacta. Vt non sit iam
dies sed noctis vespera, si. docet Ambrosius, et probat
Dionysius Alexandrinus Epistola ad Basilidem. Quod
noctem, & non vesperam preesse acceptam
Martini ultimum digne, id valde confirmat, quod
non subingitur. Quae lucefcit in prima Sabbathi.
3. Arguatur.

3. Quod addit Matthæus τῇ ἐπορωσέσει eis ἡμέ-
ρας, illiuscense in unum, vel primam Sabbathi. Intel-
legendam ex Græco, ut ex, de die enim, non nocte sic
Adam Comæ in Evang. Tom. I.

loqui solent. Sic & Herod. in Thalia *ἡμὴν ἡμέρα ὃ δὲ
φασκεῖν ὅτι ἐξ ἡμετέραν περὶ ἡμῶν*. Simul cum octa
die festi, vt constat tuerant, adfuerunt. Et ar vero
dies, vt habet Aug. tracta. 120. in Ioannem: Vna Sab-
bathi, quem diem dominicum propter resurrectionem
Domini mos Christianus appellat.

QVÆSTIO II.

Quae venerunt ad sepulchrum?

§. 1. **M**atthæus nominat Mariam Magdalenam, de qua supra egi, & vnam fuisse docui. Deinde alteram Mariam. Marcus cap. 16. Mariam Magdalenam, Mariam Iacobi, & Salomen. Lucas cap. 24. vers. 10. his addit Ioannam, & alias quæ erant cum eis. de quibus loquitur eum cap. 23. vers. 55. & à Galilæa venisse, & aromata parasse. & eodem capite v. 49. Apud Ioannem Mariæ Cleop hæ m nrio est, stantis ad crucem; cap. 19. vers. 25. ad sepulchrum solius Magdalene meminit. Credibile autem est, mulieres omnes quæ venerant à Galilæa, vnam familiam parasse aromata, omnesque simul venisse, ita vt numerosissimum fœminarum cœtus fuerit. Præcipuas nominare contenti fuerunt Evangelistæ. Aliarum memoria est in libro vitæ.

QVÆSTIO III.

Quando venerunt ad sepulchrum?

§. i. **M**atthæus ait *ἔψε, σέρο*, seu *vespere Sabbathi*, hoc est admodum mane, seu vespere, i.e. nocte desinente, luce maligna, cum paulum se aurora aperiret. Marcus ait, *valde mane*. Lucas, *valde diluculo*, sed Marcus illud valde mane exponit. orto iam sole. Ioannes: *tum adhuc tenebra essent*.

In conciliando igitur Ioann. & aliis laborant. Nam si ortus erat Sol, non iam tenebrae erant, nec βασις ὁρ-
σπος, ut habet Lucas.

Prima conciliatio facilis est, sed periculosa; nempe in Græco legendum *οὐκ ἐμάντειλαν* το. 3. ἡλ' in Latino. *orto nondum sole*. Verum obstant exemplaria cuncta, & Eusebius lib. 20. cap. 8. de demonstrat. Evang.

Dionysius Alexand. Epistol. ad Basilid. m. Augusti-
 nus libro 3. de consensu cap. 23. & Syrus textus, qui
 expellit **כד נדנח שכינשה** *cad denach schenisha*, cum or-
 ietur sol. Beza vnum ex vetustissimis codicibus ci-
 tat, qui habet **ἀνατρεφει** *Oriente iam sole*. Otiria
 item dicitur, cum iam aurora spargit solam, & nubi-
 bus radii relucent, licet tenebræ sint. Hinc comuni-
 nis responsio est. Magdalenam ad sepulchrum venis-
 se crepusculo maritino, tenui sed maligna luce cum
 sol oriretur, aut iam oriri cœpisset : ortum autem
 intelligit, primam eius ex Oriente lucem : Non
 enim tum primum sol oritur, cum orbis eius in hori-
 zonte nostro cernitur, sed cum præ iam lucem emi-
 ttaurora. Ita Augustinus, Lyranus, Theophilactus,
 Maldonatus: qui etiam addit; Tenebris egresas or-
 ientiam sole venisse ad monumentum. Verum constat
 adhuc fuisse tenebras **σκοτεινὴ ἔστιν ὥρα**. Nam cum lux
 nunc hora ante exortum fideris sp. cœtaretur, mox illæ
 egresse sunt, & antequam dilucesceret ad monimen-
 tum venerunt. Ten. bræ quæsierunt, quod
 timerent ne à ludæis impedi-
 rentur.

VERSVS 2.

Et ecce, terra motus factus est magnus. Angelus enim Domini descendit de cælo: & accedens reuoluit lapidem, & sedebat super eum.

QVÆSTIO I.

Cur Angelus remouit lapidem?

Lapis reuol. s. r. **C** Aluinus & Beza ideo reuolutum lapidem volunt, ut exire e monumento Dominus posset. Nam ideo descendit, lapidem ut reuolueret. Constat vero terramotus propter angelum factum, non ut Christus resurgeret, sed venit angelus, ut lapidem remoueret, quo ad sepulchrum mulieribus esset aditus, & viderent illud Apostoli vacuum, atque adeo ipsi etiam custodes. Hoc enim fuit ministerium, quod angelum præstitisse refert Leo Epistol. 83. Græcus addit *doni iugis*; ab ostio. Ita etiam Syrus.

Hanc interpretationem habet Euthymius *Quem admodum natus est, seruatus integris claustris virginis; ita quoque resurrexit seruatus integris monumenti signaculis.* Augustinus etiam serm. 138. de tempore eodem modo interpretatur.

Hieron. quæstio. 6. ad Hedibiam. Angelum ait non venisse ut aperiret sepulchrum Domino resurgenti, sed postquam Dominus resurrexit, indicasse quod factum est.

Et Titus. *Cuius rei gratia venit, & lapidem sustulit? Propter mulieres videlicet: ut quia ipse in sepulchro positum certo sciebant, dum vident illud rursus corpore vacuum, vere illum crederent resurrexisse.*

§. 2. De hoc etiam exemplo Bellarminus lib. 3. c. 6. de Eucharistia *Quartum exemplum est, inquit, de egressu Domini clauso monumento. Nam ut colligitur ex Matth. capit. 28. & Marco 16. lapidem ab ostio monumenti non reuoluit Christus, cum resurrexit, sed post resurrectionem angelus, &c.* Vnde S. Hier. in Epistol. ad Hedibiam quæstio. 6. docet nulli hominum notam esse horam, qua Christus resurrexit. Caluinus lib. 4. instit. 17. §. 29. Alii id non negant, sed alium modum quam penetrationem fingunt, lapidem celsisse, aut annihilatum, moxque restitutum. Sed refutant eos Iustinus q. 117. Nazianz. in Tragedia Christi patientis. Chrysostomus homil. de S. Baptista. August. serm. 138. de tempore cæterique.

Quamuis autem quibusdam visum fuerit hæreticis gratum, cum Dominum per aliud corpus solidum transire audirent, non tamen Patres destiterunt Dei in eo potentiam declarare. Patres communi consensu inquam docent, Christum penetrasse lapidem, clauso sepulchro exisse. Ita loco citato Bellarminus.

§. 3. Frustra igitur Beza, ad eiq. Bullingerus timent, ne Marcionitis aliusve occasio detur veritatem corporis negandi, si diuina potentia asseratur, qua penetratio posse fieri dicitur. Non enim repugnat diuina potentie, ut in loco vbi vnum est corpus, aliud etiam collocet, & quamuis quantitas sit illa potestas, ut eodem loco aliam quantitatem expellat, a Deo tamen impediri potest. & cogi ut admittat. Caluinus lib. 4. instit. cap. 17. 29. Domini causi non esse apertum tradit, eum ante se rexisse. Hoc etiam loco. [Sine certe egressus est de sepulchro ut locus vacuus primum indicium foret: deinde mulieribus per angelos nuntiari

voluit se viuere: Paulò post illis apparuit: ac tandem a Apostolis; idque sapius.]

Eodem modo Musculus hoc loco. [Supra dixi meo iudicio, non ob id esse reuolutum lapidem, ab ostio monumenti, per ministerium angeli, ut apertum monumento, liceret Christo iam rediit in lucem progredi, & resurgere. (absit ut tantum infirmitas demus Christo) sed ut ostendi vacuum, non ut deuoluto demum saxo, per Christi resurrectionem vacuaretur.]

Contra Bullingerus [Dum appeteret resurgendi illud sacrosanctum tempus, terramotus ingens tellurem concussit, potentia, nimirum Dei per angelum operante, & quasi telluri impulsæ præcipiente, ut corpus Domini creditum reddat. Angelus certe ad ipsum sepulchrum cælitus descendens, saxum illud ingens amouit ab ostio monumenti, e qua protinus, hæc dubie rediit egressus est Dominus.]

Quamuis autem contra se mutuo pugnent, & Caluinus sentire nobiscum videatur, longe tamen a vero abit, & dissenit. Contra Magdeburg. fol. 71. [Quod quaerunt, quomodo intacto sigillo monumentum suum pertransit Christus, &c. bona solutio non indiget. Quid enim impedit eum clausum omnes hominum artificio facta, quo minus sibi Deus transiit patefaciat?]

Præposterum sane iudicium, credere Christum mortem vincere posse, in nihilum res omnes redeire, & saxum penetrare non posse. Quod circa etiam Marloratus Oculis gaudi saxo egressum miraculo concedit. Alio etiam modo admonit. ad Westphalum, lapidem ait a Christo reuolutum, deinde in locum suum rediisse. Beza in Creophagia, lapidis editum celsisse. Contra Beza in Gualtheri b. de incarnatione. Quia nescis angelum cælo descendisse, qui & lapidem reuoluit, & milites suo splendore examinauit! Verum tantopere dissident, ut etiam Liberinus in Syntagmate pagin. 17. neget lapidem ab angelo reuolutum. Ar hic est Spiritus vertiginis, quo solo oculo f. rantur. Nullo enim argumento docere possum, penetrationem quantitatum diuinæ omnipotentie impossibilem esse. In rarefactione panditur in condensatione cogitur in arcum quantitas, quæ causa reddi potest, cur non in eodem loco cum alio? Recte Cyrillus libro duodecimo, capite quinquagesimo tertio. Quia clausis ianuis ingressus est: quidam dixerunt eum resurrexisse non cum suo corpore, sed nudum corpore apparuisse. cap. 57. Alii vbi iam ad figuram humanam confictam. Alii corpus spirituale, hoc est æreum, & aliud præter carnem. Sed omnipotentia sua, rerum natura superata, clausis foribus ingressus est. Nullus ergo quaerat, quomodo clausis ianuis corpore Domini penetravit, cum intelligat non de homine nudo, ut nos sumus, sed de omnipotentie filio Dei scribi. Nam cum verus sit Deus, et cum natura non subiacet. quod in cæteris quoque miraculis patuit. Ita super maria, quasi super arenam ambulauit. quod si hanc Christi operationem percipere nequeas; cur potius humani ingenii imbecillitatem quam accusas?

Et Sôphronius Ierosol. Humana eius sunt vitra hominem. Et. Quia vitra naturam humanam effecta sunt, vitra vitra e sepulchro obfignato, &c. diuinæ nature verbi, profecto erant iudicia, etsi per carnem agebantur & corpus, & non sine carne agebantur.

Et Hilarius lib. 3. de Trinit. Facilitationem, quæ erit telesium rerum scrutator expone. Et. Sicut namque corporeus, non simulatus, aut fallax. Sequantur ergo oculi mentis tua penetrant in ingressum, & cum eo clausam domum intelligentia tua visus introeat; integra sunt omnia & obfignata. Sed ecce assistit medicus, cui per virtutem suam, vniuersa

Et non peruia. Et nihil cedit ex folido, neque per naturam
quod aliquid, tanquam lapsu insensibili, ligna & lapides
admittunt corpus Domini à se non deficit: ut se se resumant
et non.

Addo Iustinum quæstio. 117. & Augustinum Tract.
121. in Ioannem. Moli autem corporis, ubi diuinitas erat,
ostia clausa non obsuerunt. Ille quippe non eis aperire in-
trare potuit, quo nascente virginitas matris inuoluta per-
manebat.

At sane non est contrarium naturæ corporeæ ce-
dente ligno vel lapide, aut annihilato ingredi. De-
inde patres illi expresse nominant penetrationem,
quæ sit dimensionibus diuersorum corporum eodem
in spacio positus.

VERSUS.

Respondens autem Angelus, dixit
mulieribus. Nolite timere vos: scio
enim, quod Iesum, qui crucifixus
est, queritis.

QVÆSTIO I.

Quot angeli fuerunt?

§. 1. Apud Matthæum vnicus duntaxat dicitur,
& apud Marcum etiam, qui iuuenem appel-
lat Angelum. Lucas cap. 24. vers. 4. Duos viros stetit ante
& dixisse, &c. & Ioannes ait, cap. 20. vers. duodecimo
Mariam vidisse duos Angelos sedentes, vnum ad caput, &
vnum ad pedes, ubi positum fuerat corpus Iesu. Hinc certo
constat duos Angelos fuisse testes in resurrectione,
quorum filiorum supra humanum, & virtus in remotio-
ne lapidis, & militum semimortuorum stupore pro-
batæ fuerat.

Nec opus est his venisse mulieres, ut vnum primo,
deinde duos viderint. Ioannes enim de primo aduen-
tatur. Theophylactus vnum extra, alterum in se-
pulchro vitam tradit. Verum hac quidem in re non
est meo iudicio difficultas, cum enim duo fuerint,
vni à Matthæo nominatur qui locutus est mu-
lieribus, & cum duo dicuntur locuti, id per syn-
chocochem dicitur. Duo enim dicere censetur,
quod duorum præsentium nomine vnus pronun-
ciat.

Neque me mouet, quod Matthæus Angelum su-
per lapidem, itemque Marcus, & Ioannes duos se dis-
tinctos. Lucas vero stetit iuxta illas. Nam, ut de
eodem tempore & sefermo, sedisse primum, deinde ste-
tisse dicendum est; primum attulerunt, ut custodes se-
pulchri dominici, deinde dum visi sunt à mulieribus,
consulere eorum, quod inter initia dicentibus, & re-
stantibus considerari erat. Simul honoris sanctarum
auctoritatem, & Christo Domino seruientium tributum
est: atque etiam ut amicos, & ad auxilia paratos de-
monstrarent.

QVÆSTIO II.

An lapis reuolutus fuerit extra monumentum,
an in monumento?

§. 1. Vos nonnulli lapides fuisse aiunt. Primum
quo ostium monumenti obstructum fuit,
nam locus in rupe excisus, instar cubi culi fuit, quod
ex eo clarum est, quod mulieres ingressæ sunt,

& intra sepulchrum erant Angeli: Mos autem
erat eiusmodi monumenta, vel Mausolea, extruere.
De fuga Cleopatæ in sepulchra regum, alii que Con-
suli possunt auctores, ut Plutarchus in Antonio. Sic
Athanasium aiunt in sepulchro latuisse. Ita Augustin.
lib. 3. de consens. capite vigesimo quarto. B da in
caput 27. Matthæi. Brocardus de terra sancta, alii-
que testantur. Plenæ sunt omnes historiae, de Herois,
sic Actisio, Androgeo, Vlyssi, Iantalo, aliisque qua-
si sacra monumenta, condita sunt. Substructiones
Persarum Pausanias alii que referunt. Hinc colu-
mnæ, incrustationes, tabulæ. In Ceramico operosa
sepulchra extruebatur, postea vetitum, ne quis fa-
ceret maius, quam quod decem homines triduo effi-
cere possent. Demetrius etiam modum sepulchris
posuit. Magnifica & sacellorum erant instar. Da-
uidis, Helenes aiorum. Egyptii domos ut diuer-
saria negligebant, sepulchra sumptuose struebant,
ubi recondebant defunctos, & quandoque in con-
uiuia adducebant. Hinc Syri vocare solent domum lince-
mortuorum. CHRISTI igitur sepulchrum instar
conclauis erat, & saxo foris claudebatur. atque hoc
est, quod dicit Scriptura saxum ad ostium monumen-
ti aduolutum. Hoc sine dubio angelus remouit de
eo locutus sunt in via mulieres: quis reuoluit nobis lapi-
dem ab ostio monumenti?

§. 2. In hac adicula, vel Mausoleo tumbam lapi-
deam, siue cisternam instar loculum fuisse putant, in
quem cadauer positum fuerit, & lapide grandi im-
posito tectum. Super hunc secundum lapidem sedisse
angelum Maldonatus existimat. Atque de colloqui
Matthæum. Nam de eodem Angelo loqui Mat-
thæum & Marcum pro certo sumit. At Angelus qui
super lapidem sedit apud Marcum, est in monumen-
to, non extra. Et introeuntes in monumentum viderunt
iuuenem sedentem à dextris. Si extra aliquem vi-
disset id non taceret Marcus. Deinde eisdem ille qui
apud Matthæum, & qui apud Marcum est, virtutem ver-
des. Hinc concludit: Duo igitur erant lapides, alter foris,
quo totius monumenti ostium claudebatur, alter intrus
quo claudebatur sepulchrum, utrumque Angeli reuoluerant. pri-
mum, ut mulieres ingredi possent; secundum, ut vacuum se-
pulchrum viderent. Angelus non super primum, sed super se-
cundum sedebat. Si enim super primum sedisset, primo aspectu
mulieres terruisset, neque ausa fuissent in monumentum in-
troire. Et conueniebat, non super primum, sed super se-
cundum sedere lapidem, & ut ostenderet, se ideo sepulchri lapidem
amouisse ut mulieres vacuum sepulchri videre possent, & ut ipso
quodammodo digito locum, ubi Christus positus fuerat demon-
straret.

§. 3. Hæc ille. Franciscus Lucas de duplici lapi-
de somnia esse pronunciat. Nulla enim de secun-
do lapide, qui loculum regebat, apud Evangelistas
est mentio; & mulieres sollicitæ sunt duntaxat de
lapide, qui erat ad ostium monumenti. Denique
Beda ita sepulchrum describit, ut non dicat supe-
riorem loculi partem tectam lapide fuisse, sed soli-
dam, austrialem, à latere patentem, ut si quis in crasso
muro cauato lecticam collocaret, quæ vndique ex-
cepta parte antea magni ricti instar muro tegere-
tur. Addit lapidem qui ad ostium monumenti
fuit, maiorem fuisse, quam ut posset publicè vi-
deri ab illis qui foris erant, si in sepulchro fuis-
set.

Vtrum Augustini, Bedæ, & Brocardi auctoritate
sententiam probat Maldonatus.

§. 4. Quamuis autem duos lapides fuisse credide-
ro, super eum tamen, qui ante ostium monumenti
fuit, quemque reuoluit Angelus, sedisse non a bi-
to. Cum enim dicit Matthæus, *ἐκείνου τοῦ λίθου*
ῥέοντος, reuoluit lapidem ab ostio, non potest

de alio intelligi, quam eo, quem Iosephus & Nicodemus cum operis suis aduoluerant vestibibus & clapsibus, subiectis vi, quem sacerdotes obliuiscuntur, de quo dicit Marcus: *Erat quippe magnus valde*. Eum enim Matthæus cap. 27. vers. 60. vocat *λίθον μέγαν, saxum grande*. Nec vllus id interpretis negauit. Deinde de eodem lapide duo, Euangelistæ Matthæus & Marcus loquuntur; at Marcus disertè de exteriori sermonem facit. Cum enim mulieres dicerent: *Quis reuoluit nobis lapidem ab ostio monumenti*. Addit. *Et respicientes viderunt reuolutum lapidem*. Erat quippe magnus valde, nec fuisse interiori docet, cum ait: *Et introeuntes viderunt iuuenem sedentem à dextris*. Si igitur exterior lapis est, quem reuolutum dicit Matthæus, etiam ille est, super quem angelus sedit. Nam quod dicitur; *Et sedebat super eum*, non potest intelligi de alio lapide quam illo, quem reuoluisse dicitur. Nisi enim vim textui inferamus: non alio modo interpretari possumus: Quam & accedens reuoluit lapidem, & sedebat super eum, quem reuoluerat.

S. j. Superest igitur vt apparens difficultas explicetur, ob quam hæc omnia disputantur, quomodo Matthæus dicat extra, Marcus, & alii intra sepulchrum angelum visum, & locutum mulieribus. Nec probanda sententia est eorum, qui Matthæum, & Marcum diuersos mulierum aduentus recensere opinantur. Nam vtique summo mane egressas, vidisse tum primo reuolutum lapidem, ac angelos alloquentes docet. Mittuntur primo alloquio ad discipulos.

Facili ratione exponi & conciliari verba Euangelistæ videntur posse. Si dicamus angelum postquam reuoluit lapidem, & super eum sedit, vt custodes pauore percelleret, ante discessisse à lapide & sepulchrum intrasse, quam mulieres aduenerint, difficultas autem ex eo nascebatur, quod foris supra lapidem sedens angelus mulieribus locutus videbatur. Hæc sententia ex tribus Euangelistis colligitur, & Matthæo non repugnat. Marcus respexisse ait, & vidisse reuolutum lapidem, de angelo mentio nulla nisi postquam ingressæ sunt monumentum. Sic Lucas; *Et inuenerunt lapidem reuolutum à monumento, & ingressæ non inuenerunt corpus Domini Iesu*, & factum est, dum mente consternatæ essent de isto: *Ecce duo viri steterunt secus illas in veste fulgenti*. Ecce dum foris sunt, non intrantur ab angelo, sed consternatæ sunt, & rati *non esse Iesum, dum dubitant*, & valde perplexæ sunt, donec intus de resurrectione audiunt. Eodem modo Ioannes Magdalenam ait, *vidisse ablatum lapidem*. Ex his constat mulieres intra sepulchrum visionem angelorum vidisse, nec milites audisse, quid loquerentur.

Hæc Matthæo nullo modo repugnant. Non dicit ille angelum foris extra sepulchrum locutum mulieribus, aut inuentum super lapide. Sed narratâ historia de gestis angeli, qui mulieribus dixerit, sine loci circumstantia explicat. Ex verbis tamen Matthæi colligitur, angelum, dum loqueretur, in sepulchro seu spelunca fuisse. Dicit enim *Δε δεῖτε, ἴδετε, ἡμεῖς ἀκούετε, ἴδετε, ἡμεῖς ἀκούετε*. Huc accedite, videte. Δε δεῖτε est hortantis, vt ad eum, in quo est is, qui aduocat, locum veniant. Δε δεῖτε, ἴδετε, ἡμεῖς ἀκούετε, ἴδετε, ἡμεῖς ἀκούετε. Huc accedite, adducite Arguam Helenen. Non autem diceret angelus sedens super reuolutum lapidem longiusculè à sepulchro, *Huc accedite, videte locum vbi positus erat Dominus*. Sed *δε δεῖτε, ἴδετε, ἡμεῖς ἀκούετε, ἴδετε, ἡμεῖς ἀκούετε*, illo, intro siili-
cet, ite, videte. Nec locum tantummodo angelus, sed vultum etiam mutauit. Nam apud Matthæum dum sedebat super lapidem erat *ἰδὲν αἰὲρ ὡς ὑπερουρανίου, seu vultus eius vt fulgur*, quo milites percelleret, & prosterneret, at quando cum mulieribus locutus maiestatem illam terrificam vultus deposuit. Nam ceteri tres Euangelistæ de fulgurante vultu ta-

cuerunt, de solo vestium splendore meminerunt Marcus, *iuuenem coopertum stolâ candidâ*. Lucas *virum in veste splendenti*. Ioannes, *Angelos in albis fuisse dicit*. Vt ergo pauorem mulieribus demerent, lucem vultus, quam militem terruerant, posuerunt. Nec minus id docetur ex verbo *Δε δεῖτε*, hic, quod minus commode diceretur, si à sepulchro angelus abesset.

VERSUS 6.

*Non est hic: surrexit, sicut dixit.
Venite & videte locum, vbi positus erat Dominus.*

QUESTIO I.

*An illa verba: Non est hic: Surrexit enim,
veritatem Eucharistia tollant?*

S. i. Caluinus vltima admonitione ad Vespilum. Hæc verba contra realem corporis Christi præsentiam in Eucharistia detorquebat. Infirmitatem enim esse consequentiam vult, si vnum corpus esse potest in pluribus locis. Porrit enim surrexisse, atque etiam hic esse.

Respondeo. Angelorum firmam esse consequentiam. Mulieres quærebant in sepulchro mortuum, quem vngereat, quibus respondet; non esse hic mortuum, non egerè illo officio, surrexisse enim, & viuere. Nec hoc mulieres quærebant; an in pluribus locis esse posset, sed an surrexisset? Quod si miraculo in pluribus esse locis vellent, ad eas non pertinebat. At constabat naturaliter Christum vno in hoc esse, & nunc est, esse in sacramentali præsentia, in sepulchro illâ minime cogitabant; & certum erat non esse; nemo enim ibi sacrificium obulerat. Certe igitur erat consequentia.

Christi corpus, sed Christus, non est nisi vno in loco naturaliter, & supernaturali modo in Sacramento surrexit hinc atque abiit, non est ergo hic naturaliter, nec in Sacramento, nullo igitur modo. Verum non credo ad eas disputationes adeo Metaphysicas pertinisse mulieres. Sciebant enim ita resurrectionem, vt non materet in sepulchro. Hoc enim Psalm. 139. & prædictum erat à Prophetis, & exponit Petrus Act. 2. à v. 24. Forte vt Christus ita resurgeret, vt non modo aliis in locis viueret, sed etiam in sepulchro effunderet. Hoc si Caluinus credit, frustra consequentiam angelorum cauillatur. Sensus est enim; Christus Iesus rediit hinc surrexit, ideoque hoc loco quærendum non est. Nec obstat, quod Deus corpus eius pluribus in locis collocare possit. Nec enim hic quid fieri possit, sed quid futurum Prophetæ prædixerint, spectandum. Prædictum autem est ita illum resurrectionem, vt sepulchrum vacuum relinquat. Quæ Prophetia cum falsa esse non possit, firmissime argumentum angeli concludit. *Surrexit, non igitur est hic*. Porro non repugnare rerum naturis, vt vna eademque res sit in multis locis, facile colligimus, quod nulla sit contradiçtio. Nec Dei manus abbreviata sit, vt si quem in Europa hominem creauit, non possit etiam eundem in India facere. Nec enim ille in Europa viuens libi ipsi obstitit, quo minus possit, in India existere. Nec Dei potentiam minuit, quo minus possit, in India creare, quod ante poterat.

VER.

Angelus super lapidem sedit.

VERSVS 8.9.10.

Et exierunt cito de monumento cum timore & gaudio magno currentes nunciare discipulis eius. Et ecce Iesus occurrit illis dicens: Aue. Illa autem accesserunt & tenuerunt pedes eius & adorauerunt eum. Tunc ait illis Iesus: Nolite timere. ite nunciate fratribus meis ut eant in Galilaam, ibi me videbunt.

QUESTIO I.

Quis ordo apparitionum sit?

I. Discrepancia quæ in Euangelistis apparet explicanda est, & ordo certus constituendus inter apparitiones, quæ controuersæ.

Matthæi narratio in eo consistit: ut dicat Mariam Magdalenam, & alteram Mariam venisse ad sepulchrum, ab angelo de resurrectione edoctas, iussas eam annuntiare discipulis, obuiam factum Iesum, ab illis adoratum, mandasse ut dicerent fratribus, ut irent in Galilaam.

Marcus cum ista narrasset subdit: At illa exeuntes fugerunt de monumento: inuaseras enim eas tremor & pavor. Et nemini quicquam dixerunt: timebant enim. Surgens autem primum sabbati, apparuit primo Mariæ Magdalene, de qua tunc septem demonia. Illa vadens nuntiavit his qui cum eis fuerant lugentibus, & stentibus; Et illi audientes, quia viderant & non esset ab eis, non crediderunt.

Lucas, egressa à monumento, nuntiauerunt hæc omnia illis: & ceteris omnibus. Erat autem Mariæ Magdalene, & Ioannæ, & Mariæ Iacobi, & cetera quæ cum eiserunt.

Ioannes Magdalenam euenisse, & Petro, & sibi nuntiasse, non de resurrectione: sed dixerunt dominum de monumento, & nescimus ubi posuerunt eum. Deinde 14. vidit Iesum eum ad monumentum maneret plorans. & v. 8. nuntiavit discipulis: Quia vidi dominum, & hæc mihi dixit.

S. Ex his difficile est ita contexere ordinem historiarum, ut non variæ quæstiones, & difficultates occurrant. Conuenientissima est ratio, quam subijcio. Summo mane domum egressæ mulieres ad sepulchrum cito sole, hoc est aurora spargente polum ita ut adhuc tenebræ essent: mulieres alii plures alii pauciores recesserunt: In via de lapide amolendo deliberant, quod maior esset, quam ut remoueri posset ab illis videtur, quodque instrumentis ad id necessariis destituerentur. De custodia sollicitæ minime fuerunt, quæ tamen vel maxime fuissent impedimento, nec enim accedere, nec amoueri saxum, rumpique sigillum publicum permisissent milites, nisi angelus illos tantum non exanimasset. Vel igitur ignorarunt apostolicam custodiam esse, quod vix credibile est, in tantis horis vrbis expectatione, cum pridie sacerdotes ex causa Pilati adierint, custodes constituerint, lapidem obfirmarint: nec sabbato veteantur vrbis exire, cum igitur pridie sabbati aromata parassent, fieri vix potuisset videtur ut ignorarent, præsertim aliquot discipulorum centurie Ierosolymis versarentur, adeoque in templo orarent. Dicendum igitur eas ex-

istimasse custodes diuina potentia reprimendos, ne à pio opere impedirentur, multa enim miracula viderant, & Christum Deo gratum esse non ignorabant.

Dum respiciunt vident renolutum lapidem, & monumentum apertum. Ingressæ autem non inuenerunt corpus Iesu. ita omnes Euangelistæ testantur. nec repugnat Ioannes, qui solius Magdalene mentionem facit, illa enim in hoc obsequio principatum tenebat, de angelorum numero ante dixi. v. 5. §. 1.

Vilo sepulchro vacuo, auditisque angelis magno gaudio & pauore festinant ut apostolis & discipulis lætum adferant nuntium. Non rediit sola Magdalenæ, nec antequam angelum audiret, sed ceteræ etiam deum, dux mulieres. Ioannes solius Magdalene meminit, quia est Magdalæ feruentior præcurrit, ut nuntiaret. Nam Matthæus lenæ ait, *ἰδὲ αὐτὴν διὰ τὴν ἀλλοτρίαν, currebant nunciare.* Et Marcus eodem modo, qui cum ait, *nemini quicquam dixisse*, de custodibus, obuiisque etiam notis intelligendus est, ad apostolos enim festinabant. Idem etiam Lucas habet, & nominat eas quæ à monumento redierunt. Omnes vero mandatum ab angelo acceperunt, ut nuntiarent, nec vni alicui facile credituri erant, quine omnibus quidem consensu nuntiantibus credere voluerunt.

Nuntiarunt autem omnia, ut constat ex Luca. *ἀπὸ τῆς Μαγδαλῆναι καὶ τῆς ἄλλης καὶ τῆς Μαριᾶς τοῦ καλοῦ, nuntiarunt ista omnia vndecim.* Omnia inquam, lapidem renolutum, custodes semimortuos, sepulchrum vacuum, asseuerationem angelorum. Quod vero Ioannes ait, Magdalenam dixisse: *sustulerunt dominum, & nescimus ubi posuerunt eum*; non est signum alia illam non dixisse, sed hoc præcipue dixisse, & hoc de vacuo sepulchro cordi fuisse audientibus. Hinc apparet eas in via dubitare cœpisse de visione angelorum. Credebant dominum resurrecturum, sed an iam surrexisset dubitabant. Nam Luca 24. 8. *Recordati sunt verborum eius: nempe Christi prædicentis se resurrecturum.*

His auditis discipuli non crediderunt, sed deliramentum esse putarunt earum verba. Petrus tamen & Ioannes ad monumentum currunt, vacuum inueniunt, Ioannes ad angelum non vident. Ioannes his visis credit, ut de se testatur c. 22. 8. Apostolorum principes secutæ sunt mulieres iterum, ad monumentum certius aliquid cognituræ. Dum autem discipuli redeunt *πῶς εἰπὺν*, ad ædes suas, fociosque, ceteræ mulieres discunt, ut videant, an indicia aliqua corporis asportati appareant. Nam cum viderent apostolos non credere, sed fabulas putare, illæ magis etiam dubitare cœperunt, ut quæ angelos nullos viderent amplius, sperabant enim, Petrum & Ioannem inuenturos fuisse angelos. Maxime igitur tum fides concussa est, cum se illas timerent. Itaque Magdalenæ mœrore, & amore ad consilium inopiam redacta, ad monumentum stat plorans, & ut sit se inclinans prospicit, & duos angelos videt, vnum ad caput, alterum ad pedes sedentem. Qui cum quæsisset, quid ploraret, illaque respondisset: *sustulerunt Dominum meum, antequam angeli respondissent, aduenit Iesus, & sese manifestauit, iussitque discipulis dicere. Tum illa ceteras accedens, quæ aliis horum locis erant, vidisse se dominum affirmat, simulque iam eant ut apostolis indicent. Tum iterum occurrit illis Iesus, & dicit, aucto, *χαίρετε*, ut est apud Matthæum, 28. 9.*

Matthæus itaque intermedia omittit, nempe primam denunciationem factam discipulis, aduentum Petri & Ioannis ad sepulchrum, factamque ibi apparitionem Magdalene. Satis enim habuit dicere mulieres ad sepulchrum venisse, angelos primum, deinde dominum vidisse. Ioannes totus in eo est, ut ostendat Petrum & se testes fuisse oculatos. Et Petro quidem eadem die apparuit, sed quo tempore factum sit incertum.

certum est. Atque hæc de appositionibus maxime controuersis.

§. 3. Nec obstat Græcus textus vers. 9. apud Matthæum. Hæc enim verba: *ὡς ὁ ἀποστόλος ἀπερρεῖλαι τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ*, vt autem ibant nunciare d. scipulis eius. Hæc inquam omittenda sunt ex glossa alicuius inserta. Nam ostendit id quod additur in omnibus libris *καὶ ἰδὲ*. & ecce. nam nisi verba illa omittantur, *καὶ* delendum est, quod tamen in omnibus libris inuenitur. In vetustissimo manuscripto Collegii Mofemensis illa verba omissa sunt. Syrus etiam omittit. Beza etiam licet addat, taretur tamen in suo vetustissimo abesse codice. Franciscus hæc in notis habet: *Sequitur in regio, & plerique omnibus codicibus, ὡς ὁ ἀποστόλος ἀπερρεῖλαι τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ*, vt autem ibant nunciare discipulis eius, quod quamquam etiam apud Euthymium, & Theophylactum legatur, non dubito tamen quin sit omittendum. Imprimis enim interpretes Latini, & Syrus non legunt, vt neque Latine, neq. Syriace additur. Deinde non tantum Latini patris omittunt, sed etiam Chrysostomus, cuius hic est commentarius. Cum igitur existerent cum timore & gaudio, & ecce Iesus occurrit illis. Ad hæc Parisiensis ex 2. exemplari transfigunt illa verba. *ἀπερρεῖλαι τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ*. & forte obeliscus errore delapsus est in hæc posteriora verba, cum esset collocandus ante *ὡς ὁ ἀποστόλος*. Præterea huius sublati manet integra sententia, additis autem dure coheret sententia, *καὶ ἰδὲ ἰν ὁδοῦ*. Postrema videntur addita hæc verba ab iis qui intellexerunt occursum Iesu de quo loquitur versus nonus subsequens, accidisse, cum mulieres irent nuntiatum discipulis.

Denique, hæc verba addita pleraque difficultates pepererunt: Non enim potest ordo historiarum sine magna perplexitate constitui, si mulieribus occurrit Dominus antequam Petrus & Ioannes venerunt ad monumentum. Nam cum his fuit etiam Magdalena. Si igitur vna tantum vice ad sepulchrum venerunt, semel tantum Apostolis nuntiarent, non possunt coherere, quæ referunt. Nempe Tulerunt Dominum, &c. Ioan. 20. 2. & v. 18. Vidi Dominum, & hæc mihi dixit.

VERSUS II. 12. 13. 14. 15.

Quæ cum abiissent, ecce quidam de custodibus venerunt in ciuitatem, & nuntiauerunt principibus sacerdotum omnia quæ facta fuerant. Et congregati cum senioribus consilio accepto pecuniam, &c.

QUESTIO I.

Quomodo fidem resurrectionis tollere sacerdotes conati sint?

§. 1. Milites narrant omnia quæ facta fuerunt. Nā & angelos viderunt, & mulieres, a quæ forte etiam Dominum illis colloquentem. Misi sunt quidam de custodibus, qui referrent, cæteris ad stationem redeuntibus, ne de fidei custodia rei esse viderentur. At tantum ab fide, vt miraculis commouerentur, vt ea suppressere mendacio conentur. Grandi enim pecunia, mendacium maiore stultitia emunt. Quanta enim est stultitia, credere milites omnes, & semper tacituros? Quin ipsi milites se pecuniam accepisse vt mentirentur, confessi sunt. Nec dubium est rem veram à centurione relatum Pilato. Iudeos egregie continet Chrysostomus, quem lecto hinc loco consulat.

§. 2. Quod si quisquam consideret in vigiliis & excubiis Romanorum diligentiam, prudentiam, ferocitatem, non facile dormitasse credet. Morde somnus etiam hodie luitur. Nec exiguis numeris fuit, Petrum in carcere carernatum, seruante quatuor militum quaterniones militum, qui cum euasisset, iubentur

duci, integram centuriam sepulchri custodia additam vt etiam facit sacerdotum timor, diligentia, sollicitudo, si enim ad capiendum missa cohors est, & Tribunus & sacerdotum minister, non minore cura seruatum est sepulchrum. Cum enim scirent multos eius esse discipulos, multos amicos, nec parum eorum conturbasset Iosephi, & Nicodemi constantia, cui corpus de cunctis depositum tam honorifice sepelissent, timuerunt, ne viri nobiles, & potentes, huiusmodi addita fuisset custodia, etiam inuitis auferrent. Cum igitur omnia talia sint, vt fidem nullam mererentur, magna cecitas est Iudeorum tam insulso commento credentium. Nam omnes milites ita dormi uis, vt ne aduenientium strepitum, ne lapidem remouentium labores audierint, vt ne vnus quidem fuerit excitatus, ita absurdum est, vt non nisi stulto persuaderi possit. Quod si tamen illud concedamus, vnde dormientibus, nihil audientibus, nihil videntibus constitit discipulos eadem fuisse?

§. 3. Longinum centurionem sepulchri custodiam præfuisse Metaphrastes narrat 15. Martii. Vide Lycophan. T. 6. Sur. T. 2. Postquam sepulchrum mandatum fuit rursus Christi corpus? Longino centurioni rursus fuit Pilatus vita sepulchrum tuum custodiam militari. Et ille quid fecit, quod erat imperatum, vt esset eiusmodi cum Pilato sententia, vt iam didimus. Cum autem peractum esset magnum mysterium resurrectionis, & milites miracula, quæ etiam iura, quam vt ea caperet humana cogitatio, quæ etiam iura, & presbyteri Iudei ceteri annuissent, huiusmodi ignominiam & dedecus sibi afferre existimantes & miraculum volentes extinguere, pecuniis persuaserunt militibus. Vt clamarent Christi resurrectionem. Verum non sic Longinus sed mendacii quidem fuit praclarus confutator. Verax enim testis veritatis, vt qui non sustinuerit calumniari Christum tanquam furto subreptum, sed lingua & mente libera eum verum esse Deum prædicauit, & mortuis esse excitatum affirmavit. Quo factum est, vt & ipse Pilatus, & Iudeorum Synagoga princeps, inuidiam qua prius mouebantur in Christum, & quem in eum animo concipiebant furorem, eum vultu Longinum transferrent, ei adeo irascentes vt quidquid pateretur Longinus, existimarent, eum non satis daturum esse penam. Hinc eas res deuenit ad aures Longini & eorum ira fuit ei significata.

§. 4. Non fuit erroris aut imbecillitatis, sed delinæ malitia: Iustinus q. 108. *ἰεροῦς ὁ ἐν τῷ νεκρῷ ἔσθ' ὁ θεὸς ἰδεῖν τὸν νομίζοντα κατὰ χρεῖς φαντασθῆναι τοῖς ἰουδαίοις, κατὰ ἀληθείαν ἀπορίαν οὐσαν. ἰεροῦς αὐτῶν τὸ ἀναστῆναι τὸν νεκρὸν ἐν νεκρῷ, καὶ δειχθῆναι αὐτῷ θεῷ, οὐ μὴ φαν, μένοντι τοῖς ἰουδαίοις ἐν τῇ φαντασίᾳ, καὶ μὴ τὸν χρεῖς ἀνεγερταῖς ἐν, ἐν τῇ φαντασίᾳ κατὰ τὸν ἰεροῦς οὐκ αὐτὸν αὐτοῦ αὐτοῦ αὐτοῦ, ἐν τῇ φαντασίᾳ αὐτοῦ ἐν τῇ ἀπορίᾳ μόνον. ὁ δὲ τοῦτο οὐκ ἔστιν ἀπορίαν ἀλλ' αἰετὶ, τὸ δὲ ἐκαστοῦ αὐτοῦ τὴν ἀνασταν, καὶ αὐτῶν τῶν νομίζον, καὶ καλῶν τοῖς ἀποστόλοις, ὅτι τὸ ἐκαστὸν αὐτῶν μὴ ἐκτελεῖν θεῶν ἐργα ἐν τῇ διανοίᾳ τῶν ἀποστόλων, ὅτι ἐστὶν ἀποστόλων ἀπορίαν οὐκ ἔστιν ἀπορίαν, ἀλλ' ἐργασίαν. αὐτῶν δὲ τῶν ἀποστόλων ἐκτελεῖν τὸν χρεῖς οἱ ἰουδαῖοι, & μὴ κατὰ τὴν διδασκαλίαν, αὐτῶν, καὶ τὴν μὴ λυτῶν τῶν ἀποστόλων, πᾶς γὰρ ἐστὶν ἀποστόλων δόξα καὶ δόξα τῶν ἀποστόλων κατὰ χρεῖς ἀπορίαν ἀπορίαν. Resuscitatus vero est mortuis à Deo Christus, illam quæ contra eum habita agnatio, reuera ignorantiam fuisse ostendit. Quandoquidem post resurrectionem Domini à mortuis, & post probationem ostensionem, neq. Deum suffragatorem Iudeis fuisse in morte Christi, neq. Christum citra resurrectionem in morte manuisse, secundum eorum sententiam, qui illum crucifixerant, Iudei ipsi ad hoc in incredulitate & inobedientia perseverauerunt: ob hanc ipsam causam veni à fide indigni. Quod enim argentum dederunt, vt resurrectio eius premeretur, & pro furto in vulgus dargetur, atq. Apostolos prohibuerunt in nomine ipsius diuina perferre, quæ vi & efficacia Spiritus S. edebatur opera, nō est præter voluntatem obuenientis & ventis secum ferentis ignorantia, sed de-*

Corrigendus textus Græcus.

Græca lectio vitiosa.

Insania Iudeorum.

Insulsum mendacium Iudeorum.

VERSUS 19.

Euntes ergo docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti.

QVÆSTIO I.

Quid mandat abiturus Apostolis.

§. 1. PRIMUM est ut doceant. *Docete*, inquit, omnes gentes. Apostolorum itaque, & Episcoporum *Docere* debet. Officium enim primum hoc est magistratum Ecclesiasticorum: & optimos quosque pontifices & Episcopos in docendi munere diligentiissimos fuisse legimus. Et nunc quoque etiam multa illis agenda incumbant, primas tamen & secundas docendi officium tenet. Idque per se, vel alios, nec concionando duntaxat, sed variis modis. Immerito itaque Calvinus eos esse Episcopos negat, qui docendi munus non exeunt; nempe more Calviniano. [Hinc, inquit, discamus Apostolorum non esse inanem honoris titulum, sed operosum munus: ideoque nihil magis esse absurdum, vel minus tolerabile, quam ut sibi larvati homines usurpent hunc honorem, qui officiose regnantes, docendi munus a se relictum, à Patre Romano, eiusque cohorte superbe successio hæc iactat, quasi communem cum Petro, & eius collegis personam sustineant: interim doctrinam nihilo maior illis cura est, quam Iupercis, vel Veneris, vel Bacchi sacerdotibus.]

Sane i. Tim. 2. Requirit Apostolus ut doceat, aut sane ut docere possit. Si ipse docere aliquando non possit, ut illi sit cura doctrina, quod fieri videmus accuratissima providentia, mittendis in omnem terram, etiam Indias, & Chinam doctoribus.

Nostri quidem omnes Episcopi docent, & docere tenentur, partim per se ipsi, partim per alios. Nec ad docendum necessarium est, cathedram ascendere, & concionari; quamquam hoc faciunt multi, & omnes facere optandum est. Docere non tantum illi solent, qui concionantur, sed quicunque movent, hortantur, errores corrigunt, facienda præcipiunt, omittenda prohibent, idque priuatim, publice, per se, per suos, voce, calamo, & quod caput est, exemplo bonorum operum, alios ad ea invitantes. Degeneres ingiunt non sunt, verum pro suo quisque talento, tempore, occasione docendi munus exequitur. Adrianus Saravia Calvinianus & Beza antagonista, doctores illustres agnoscit, qui nunquam concionati sunt, c. 2. De diuersis gradibus ministrorum.

§. 2. Neque tamen eos, qui suo munere non funguntur, excuso, habent suum illi iudicem, & conscientiam, etiam nunc suppressam, olim experientur accusatricem: Magis accusandus Calvinus, & eius alleclæ, qui non missi à Christo, nec ab ordinaria vlla potestate ad docendum, cucurserunt ad suos errores, deperauit scripturis. Itaque Saravia eodem in capite, de vocatione quorundam dubitat, qui in Ecclesiis reformatis munere pastoralis funguntur, cap. 2. doletque hoc Ecclesiis suis exprobari, improbat etiam conciliabulum Positiacense, qui ministris suis vocationem extraordinariam tribuant. Quinetiam probat vocationem Ecclesiæ Romanæ, sicut & baptismum, at Beza eam eicit vocationem, nec aliam tamen habet, nisi extraordinariam; at negat Saravia, illos ex vocatione quam mouentali, se posse expedire, qui ad extraordinariam vocationem confugunt. E. Beza responsivus Saravia vocationem omnem tollit è medio, cum enim duas extraordinarias vocationes dixisset,

Sine vocatione docent heretici.

VERSUS 18.

Et accedens Iesus locutus est eis, dicens: Data est mihi omnis potestas in celo & in terra.

QVÆSTIO I.

Quomodo Christo data omnis potestas?

§. 1. SYRUS addit: sicut misit me pater, ita ego mitto vos, quod aliunde huc translatus est. Ariani ex his verbis Christi diuinitatem oppugnabant. Athanasius orat, contra Arianos. Quomodo accepit, si Deus est, cui si necessitatem non habuit?

Re. Et tamen e. iam Christus accepisse potestatem dicunt secundum naturam humanam. & ex hoc, seu, ut Syrus habet, Schuleran, dominium, imperium. Parum illi est; ut esset caput Ecclesiæ, Dominus domus. Vide Act. 10. 26. & 42. Eph. 1. 20. & 1. 22. Ioan. 16. 33. ita prædictum est Daniel. 7. 14. 28. 14. 49. 6. & Vigilium lib. 5. contra Eutycheten. Cyril. in Ioan. lib. 2. cap. 71. Omnia ista iam nouo titulo meriti possedit, quia humiliavit semetipsum, obediens usque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod & dedit illi nomen, quod est super omne nomen. Possedit iam perfecte factus ipse immortalis, & gloriosus, vti iam ea cepit potestate, & eam per Apostolos promulgare. Merito igitur ista præfatur, ut meminerint, se à supremo Domino ad seruos illius mitti. Iohannes, inquit Theophylactus, φησὶ ὅτι ἐδόθη ἡ ἐκείνου ἐξουσία ἐν οὐρανῷ καὶ γὰρ ἡ ἀνθρωπίνη φύσις ἡ ἐκείνου δεδωκυῖα, ὅθεν ἐκ τῆς αἰσῆς ἀγέρει πύρρον. Dicit sibi datam omnem potestatem in celo; Humana natura que prius seruiebat, nunc in regno regnat.

23 (* *) 25

Vocationes
Bezana.

x flet, aliam à Deo, hoc est, Dei voce, aliam à Deo, hoc est, Dei instinctu, totam Ecclesiam suam de impostura, damnavit. Verba Beza sunt. [Sed aliam præter speciem huius extraordinariæ vocationis abs te præmissam, quæ tamen maximi est momenti, in scriptis inuenio, post constitutam etiam Ierosolymitam Ecclesiam. Hi sunt enim quos Christus non sua voce, non per visionem de qua nobis constet, non per internuntium vllum, siue angelum, siue hominem, sed suo afflatu intrinseco huc & illuc misit. Talis proculdubio fuit illa Philippi, antea diaconi, & post Ecclesiæ Hierosolymitanæ dispersionis Euangelistæ hoc afflatu facti profectio in urbem Samariæ gentis ignotis prorsus Apostolis, nedum ut eo illum miserint. Act. 8.4. & 5. & 14. Tales & illi ex eadem dispersione.] Respondeo errore pernicioso vocationes à Beza confundi. Philippus diaconus iam delectus ad docendum erat, uti & Stephanus. Et Deus prædicationem signis confirmabat. Stolidum vero est, tot vocationes in quouis fingere, quoties noui operis imperium à Deo imponitur; nam in generali vocatione singulares comprehenduntur. Et profecto Sarauia illam vocationem violenter expugnat. Sed speciem illam &c. non admitto. Est enim periculi plena, & noui malig. exempli: quam sibi temerarius atq. audacissimus nebulo arrogare potest. Philippus Apostolorum minister missus erat ad docendum. Cyprian. ad Iubaianum. Illi enim qui in Samaria crediderant.

Beza tamen in Belgio & Gallia suis illam tribuit. [Idem quoq. diuinitus factum in aliis Europæ totius regionibus; sed in Gallia præsertim, & in Belgio, restantur eximiorum illorum Dei seruorum historię, quorum vocationem martyrii corona fanciuit.]

Imo necessarium arbitratu eo confugere. Et regulas proponit. [Absit igitur ut huic licentiæ longe perniciosissimæ ostium aperiamus. &c. sed ut veram, & legitimam illam ab adulterina summo studio vitanda discernamus: tres proponimus regulas. 1. ut ibi demum sit ei locus, ubi nullus est legitimæ vocationis usus, quem eiusmodi doctor contempnissimè videri possit: Alteram ut probeatur eiusmodi hominis spiritus priusquam admittatur, &c. Tertiā denique ut sic probati ab Ecclesia cuius ipsi fundamenta iecerint legitime ordinentur.]

Hæc cur fingat, causam subdit. [His inquam quasi candelis, itam de qua nunc agimus extraordinariam vocationem circumscribimus, nunquam illam aliqui approbatur: Et sic à falsissimis aduersariis calumniis beatos illos Dei seruos asserimus.]

Nihl errori palliando ista velamenta proficiunt. Quis enim credere poterit doctori nouo, suas cogitationes promenti, si à Deo se missum profiteatur, nisi signa & prodigia vocationem confirmet? A Deo se excitatum clamat Beza, & Dei se spiritum habere, nec miraculis probat, nec vitæ innocentia. At dicit: Nulla erat legitima vocatio, in eo loco in quem veni. Quam hoc periculosum sit, nemo non videt. Vocatione destituta Ecclesia inuasi promptum est calumniari. Nec tamen inde consequitur tibi esse subiectam Ecclesiam, quæ pastore vacat. Non ideo tibi illa ius est, si aliter nulli est. Non est Ecclesia primo occupantis, sed legitime ingredientis. In multis hæreticorum, & gentium Ecclesiis nullus est pastor legitimus, nec tamen idcirco quilibet potestas illos docendi.

At spiritus docentis probandus est. Qui obsecro iubebantur probare? Non possunt auditores rudes, scripturam legere nescientes; non possunt, ne quidem docti; non enim omnibus est dara spirituum discretio. Non facile omnia scrutari possunt. Quam vero hoc ridiculum, ut cum aliquis interno Dei spiritu se afflatum professus fuerit, iaciat Ecclesiæ fundamen-

tum, hoc est, suis opinionibus imbuat pagi, aut oppidi alicuius incolae, illi deinde suum pastorem ordinent. Fanaticus ille Ecclesiam fundet, illa vero sibi ministrum imponat. Quid hoc aliud est, quam ut dicat, populum ab aliquo congregari, deinde ab eo populo sibi pastor, s præponi. Hoc enim in politica quidem gubernatione fieri potest.

§. 3. Lucunda est non modo, sed vtilissima etiam narratio apud Sarauiam c. 2. de variis gradibus ministrorum, qua ostenditur, quid vocatio illa interna, etiam in mediis eroribus monstrum pariat. Tandem, inquit, inueniuntur quidam, qui se Spiritus sancti numine incensos credere, & extra ordinem vocatos ad eos liberandos, qui in custodia tenebantur; simul & ad stabilendam disciplinam ecclesiasticam. Eorum hæc sunt nomina. Edmundus Coppinger, Henricus Arthington, & Willielmus Hackit. Coppinger primus incepit, sese dare precibus & ieiuniis: & ea pro se fieri postulare à fratribus, ministros verbi Dei consulere, quibus quam se sentiret intus incitari à Spiritu sancto confiteretur, ab eis consilium petens. Alij nullo modo probant hominum insaniam, rei magnitudinem & pondus reputantes; ad quam non iudicabant Coppingerum esse satis idoneum: atque deterrebant eum quantum poterant. Alij frigidius & timidius veritatem, si probassent, & res parum succederet, in periculum legum incurrerent, tanquam participes. & approbatores perniciosi contra rem publicam consilij, metuiebant enim ut spiritum extinguerent & prophetiam prohiberent. Alij furiosi in amentia sua confirmarunt: nescio quid magni ab eis expectantes. Tamen hic Coppinger se suam, consilia cupiebat omnibus probari fratribus. & imprimis viris doctis, nempe quos ad dictos nouerat disciplina Gmueri (nec enim alios aut fratres aut doctos asstimabat) quibus & has questiones proposuit. An huiusmodi in Ecclesia extraordinarij operari & adiutores sint, & illi apostoli siue Euangelistæ, siue propheta vocentur, unus aut plures ut opus erit, qui tanquam Nazarei & adiuutores modo specialiter existant. Si qui tales sunt, num eorum vocatione, non sit proxime à Deo, quam & ipsius spiritus obsequet in eorum mentibus, à quo eximium illud donum habent: nempe gratiam, sapientiam, scientiam, animi robur, magnanimitatem, zelum, patientiam, & humilitatem, quibus eorum vocatione manifesta fiat ecclesia. Et quando hac dona in quopiam apparent, verum Ecclesia debeat esse sollicita de euentu, quem Deus visum erit dare. Quod si id licet Ecclesia, quæ ratione & modo agendum sit cum eo, qui extraordinariam illam habet vocationem. Hoc concesso, vsque ad finem seculi futuras extraordinarias & immediatas à Deo vocationes. Num non inueniantur in illis locis, ubi Euangelistæ quidem annuntiantur & sacramenta aliquo modo rite administrantur, quamuis non vbiq. sed hic atq. illic non perfecte, sed ex parte: & ubi vera disciplina non est constituta sed oppugnata à magistratu, siue ipsorum fuerit, extraordinariam vocationem non expectandam, nisi in vastitate & desolatione Ecclesiæ, quaritur num vastitas & desolatio ecclesiæ dicenda sit, quando principes & præcipui magistratus adeo igneant, ut nesciant, quæ sit necessaria, vera Ecclesiastica disciplina, sed ei repugnant & persequuntur eos, qui tunc sunt stud. si: Unde sit ut quibus improbi admittantur ad publicam verbi Dei exercitiam, & ad communionem cana Domini. Verum inquam sperare liceat Deum, (ad laudem & gloriam nominis sui & vtilitatem Ecclesiæ) posse aliquam extraordinariam vocare, conferendo ei Spiritum sanctum plenius, & abundantius quam ceteris, ut in nomine Dei agat cum magistratu, ut curent populum vbiq. docendum, & vtram disciplinam exercendam in populo iam prius edocto. Vtrū vbi Pastores, & Doctores, & Seniores & Diaconi, & Diuini nulli sunt in Ecclesia constituti, sed tantum minister unus populo est obtrusus qui sit eorum Pastor, nec ab eis electus, nec eis gratus, dici & haberi (etiam si ea dona Dei, & gratiam Spiritus sancti habeat, quæ in illa vocatione requiruntur) legitime ad ministerij Ecclesiastici functionem vocatus debeat. Coppinger ex doctrina, de extraordinaria vocatione hæreticus siue questiones hausserat; persuasus se moueri & incitari à Spiritu

Quilibet
missum se
fingere po-
test.

ad ista sancta ad res magnas, sicut olim propheta & iudices a Deo committuntur, qui remp. componerent. & errantem populum in viam reuocarent. Quamvis multi hominem ab iniquitate priuatum, tunc publice decesserent ab his furoribus, nec desisti doctores, cum quibus plerumque insisteret. Causam praenotat esse dicitur, & eorum qui in custodia detinebantur, vnde per fidem Dei seruorum liberationem, & vera censuram Ecclesiae constitutionem. Quidam Penry tribunus & vere solutus conciliator nulla ordinarie uocatione fretus, aut illi Ecclesiae propositus, sed praetextu Genueis disciplina promotionis hinc incendo missus ab eorum, quo iugerat. Penry sub prelo, quo suam agendam Coppinger cum Jo. de eorum prius, redierat. & dicitur, aut in viciniam latitabat. Quidam ex illa conciliatoribus, quos custodia mandata Domini Consilii nomine Wagonum, hunc Coppinger de fano redibat insinuat, aut ex insano furentem in illam committit, insignem nebulosum & hypocritam Wagonum Hacket, qui tam pridem, postquam sua, & quibus erant omnia, decore at, & conuersus a priuoribus ad conciliatoribus ad meliorem frugem videri volebat, se ad Deum placet, extraordinarie a spiritu Dei uocatum, ad reparationem non tantum Ecclesiae, sed etiam Reipublicae inter hoc amicitia & familiaritate, dignum est patrem suum, postquam Coppinger non iam collegam, sed ducem erat consecutus, eum quidem tunc in hunc demeritatus hypocritae istum, accessit: fucillus ad ista difficile transpirat, nisi sit patridus. Tertio hic Hacket concipiens de tempore precibus, adeo excelluisse, ut de hunc totum ardere, & ab eo ipso regi linguam, & ad eum, & ad eum in furiis apertis admirationem, ut nihil in hunc, non possit credent a Deo obtinere: proinde quidam de hunc perferri. Quamvis initio prae Ecclesiae reformationem, & regni & Regiae salutem, moliri se testarentur, postea tamen multa priuacim contra regiam maiestatem, & de Consiliarios, maledicti a eumebant, tanquam spiritus impiorum: videlicet ipsam esse impiam, & regni iure iactant. Quamvis autem impotenti odio ferretur in optimam suam mentem Hacketus, palam fecit quando ingressa regia palatium insculpta, aut radibat, & confodibat. Dominos Consiliorumque sola propriis nominibus, nulla additis honoris conspectibus significat. Tandem primas partes hunc in hunc fabula delectant: & ipse duos comites suos prosequantur, cuique propriam designans prouinciam, ut Edmundus Coppinger gratiam & misericordiam Dei offerret populo, hunc in Arthington vero, aeternam damnationem, & in Deum, nolentibus ipse credere, denuntiaret. Hic ita conuersus, & consilio suo committente eum Wagonum capiti, quod die mane hora octava, Hacketum adhuc in lecto sedulo cum venire consilium regem: Coppinger vinctum eum in regem, & proinus in terram prociuit: adfingens ad illam ad hunc proinus accessit, qui extente manu e lecto, hunc Coppinger apprehendit: nihil, inquit, mihi vultione tua, sed ad hunc e lecto, ad ipso spiritu sancto vultus sum. Cum Coppinger eum interrogaret quid fieri vellent, hic (inquit) & cum vobis Londini nuntiat: Christum Dominum & ecclesiam & in ventralibro in manu sua, vnde dicit orbem. Quod si regem vobis sit, dicit eum esse in adibus & aliter in fide ad hunc, si credere noluit, veniam huc & me si possent, videret: mora, respondit Coppinger, in nobis nulla erit, sed videret: & confestim Coppinger abijt: quem subsequutus est Arthington. Vixit egressus illam domum cepit clamare Coppinger, de celo noua immensa commiserationis diuina se adfuit, istum Christum de celo descendisse. Qui sequebatur Arthington item repetebat, & confirmabat: atque ita per viam, & in plateas progrediebatur, ad quos conuersus populus, & cum in publicam & maxime frequentem plateam, vocati ab Ecclesia, deuenerunt iuxta Pyramidem in eam, tanta populi multitudine conuenit, ut perire non possent, carum ibi vacuum consisterent, & quidam per hunc capere conationem vorantes, angustia re-

spice, respice Anglia. Qui nam ipsi essent exposcere populo, nempe se prophetas esse extra ordinem vocatos, ut alter Dei misericordiam, alter iudicium & vindictam predicaret Hacketum laudibus magnis effertur, & quod ipse esset officium exponunt, videlicet qui Christum repraesentet, sitq. corporis ipsius gloriosi particeps, & precipuo ipsius spiritu donatus, ut eius fungatur officio, & ventralibro secerat bonos a malis, & Euangelium per vniuersam Europam, & disciplinam Christianam introducat: iam aduenisse tempus, quo haec omnia perficiantur. Praeterea populo narrabant, vbi Hacketum viderent, & vbi esset & moraretur: se vero esse prophetas, immediate extra ordinem a Deo missos, ut ei in tanto opere adiutores essent: & haec omnia affirmabant cum sui ipsorum diris impressionibus, & exclamationibus, optantes confundi, & in aeternum damnari, si res ita esset, ut fuerant locuti. Alter horum Dei misericordiam, & ingentem consolationem, atque ineffabile gaudium pollicebatur omnibus, qui exemplo paterentur: & hoc Euangelium & oblatam opportunitatem reformationis amplecterentur. Alter autem horrenda Dei iudicia detonabat impenitentibus & imprimis civitati Londinensi, quotquot non crededant, contestabatur corpore & animo esse damnatos: futurum ut homines in multas eades irruerent, & lenientem hominum tantquam porcorum facerent. Hacketum esse Europae regem, & ab omnibus ei esse parendum, quia hoc Dei iudicia vellent euadere: regnamus regni sui excedisse, & dignamque regno suo praestatur: Consiliarios vero eius, nonnullos esse perfidos regni proditores. Haec facta sunt 16. die Iulij, anno Domini 1591. Postquam totam ciuitatem murmur compleisset, & quid hoc portentum esset, admirarentur, rumor statim ad reginam peruenit, quae Green & ibi agebat: qui locus a Londino distat, tantum tres aut quatuor mille passus. Ipsa confestim duos Consiliarios ad urbem misit, qui de re tam insolita quaerent. Quaestione autem & iudicium hic inferre nimis longum esset, hoc notasse sufficiat, praetextu huius extraordinariae uocationis & intrinseci nominis afflatus, fanaticos istos homines populum concitare, reginam regno suo spoliare, Consiliarios male mulitare, Episcopos trucidare, hunc notum regem inducere, & Ecclesiam simul & Rempublicam transformare, in animum habuisse. Quam autem impudenter se gesserit constitutus coram iudicibus, iste Hacketus, quas blasphemias contra Deum & Dei filium protulerit, horrendum est dictum. Sub carnificis manu constitutus, blasphemio ore ipse Deo minitabatur nisi auxilium praesens ei mitteret: atque ita in illo suo furore, laetitia maiestatis diuinae & humane reus, morte poenas dedit. Miser Edmundus Coppinger amentiam simulans capite illiso, & voluntaria inedia sibi mortem conscivit. Henricus Arthington furor & amentia penitens, principis elementa vitam retinuit.

QUESTIO II.

Quomodo baptizari iubet?

§. I. Primum stabilitur hic forma baptismi, quae est. Ego te baptizo in nomine Patris & Filij, & Spiritus sancti. Haec inquam vlt, & antiquitate Ecclesiae seruatur, eam hodie omnes etiam haeretici usurpant, nec praecise tamen his verbis fieri praecipit scriptura: verum scripturae interpret Ecclesia huc semper verbis reuertitur. Quamvis enim olim Arian, alique formam baptismi contempnerent, nostri tamen sectarii eam retinent. De Arian, testis est Athanasius de professione regula Catholicae lib. 7. Quosiam, quoties tibi indicationem est: Te baptizate omnes gentes in nomine Patris & Filij & sancti Spiritus? Aut si haec contradicentia existimus eo quod in vno donum baptismi operationes nomine Dei atque vniuersae Trinitate non continentur, cur tu hoc nomine Deitatis sublatum Patris, & Filij & sancti Spiritus baptizas, dicendo: Baptizo te in Patre & Filio & sancto Spiritu, & non in vno nomine? Ut hoc modo artificiose, vnum nomen coram tacite in Deitate non nominare, vel abnegare, sed & nomina in personis tantummodo eorum velis assignare. Quia si sic erat celebrandum baptismus, obtinuerat Arianorum assertio,

Baptismi forma.

assertio, qui sic sentiunt ut ubi nomina in personis indicant, ibi simul in ipsis nominibus, & singulas vel diuersas substantias esse pronunciant, ut unitatem in concordia tantum charitatis esse assignent, & non potius in unita plenitudine diuinitatis. Et quid amplius ad hoc? Unitatis Dei patris nomen, & filij & sancti Spiritus quasi adoptiuum nuper accessisse profiteantur, ut hoc nomen videatur esse ex nihilo, aut ex altero, vel de tempore: quod absit. Nam verum Deitatis nomen ubi nominant, ad vnam tantummodo personam patris hac dicendo ascribunt, ut veram unitatem diuinitatis diuidant, qui ubi nomina potius in personis deberent discernere, ibi simul cum ipsis nominibus, & tres naturas diuersas distinguunt, quod absit à nobis, ne istam blasphemiam admittamus, cum vnum nomen Deitatis in Trinitate vniuersum dictum accipiamus, per quod & remissa peccatorum baptismo operante in nos suscipimus nomina vero tantummodo in personis perfecte distinguamus.

Græci quamuis dicant, Baptizetur seruus Christi, non tamen formam corrumpere sunt dicendi, cum eadem sit omnino sententia. Olim baptisimiformam Marcionitæ, & Pauliani corruerunt: de prioribus Iren. lib. 1. cap. 13. Epiphani. hæres. 34. De posterioribus Concilium N. cen. can. 19. Eadem fuit hæresis Montani, itaque ab illis baptizati rebaptizabantur. Vide Castrum v. baptisimus. hæres. 2. Feuard. in app. v. baptisimus. hæres. 2. De Deuterio Ariano, qui Barbam quandam baptizare constituerat, & cum diceret: Baptizetur Barbas in nomine patris, per filium in Spiritu sancto, aqua resurgente habet Niceph. lib. 16. 35. Paulo Iohannæ seu Attingani formam baptisimi illis Christi verbis contineri dixerunt, Ego sum aqua viva. De his consule anaton. Caluini. an. part. 4. dil. m. 163.

§. 2. Caluinus etiam dandum à solis Prædicantibus censet. [Porro cum Apostolis discrete vna cum prædicatione Evangelij mandata sint ista partes, sequitur non alios legitimos esse baptisimi ministros, nisi qui iidem simul doctrinam ministrant. Quod ergo priuatis hominibus, imo etiam feminis permilla fuit baptizandi licentia, quod Christi institutioni minime consentaneum est, nihil aliud fuit, quam mera profanatio.]

Respondet. Apostolos quidem iussos esse docere, & baptizare, non tamen solos apostolos docuisse, & baptizasse; nam Philippus, & alij id etiam præstiterunt. Alioqui solis id Episcopis concessum esset, quos licet Caluinus non distinguit à cæteris sacerdotibus, multi tamen ex eius affectis id faciunt. Deinde repugnat sibi ipsi illa hæresis. Non enim à Catholicis apostatas, sed à illi nomen daturus rebaptizant, aut igitur in Ecclesia Catholica veros ministros agnoscunt, aut apostatas nostros rebaptizare debent. Ministri orum in Synodo Vapincensi decretum anno 1603. ad se missum testatur noster Gualterius sæculo 16. errore 92. Caluinistarum. Quarto in conferente baptisimum, non permitiendo, quæcunque tandem vigeat necessitas, ut vllus baptisimum conferat, qui minister non sit. Quia de re eccle. ministrorum gallorum decretum, anno 1603. in Synodo Vapincensi, præsidente ministro Chameio constitutum, & ex capite de factis generalibus à me syllabatum excerptum, quo iterum iterandumque censent baptisimum à proponente (hoc nomine apud Caluiniatos vocatur, qui ministerio proximus est, nondum tamen omnino minister pronunciarus) collatum: Circa questionem (aiunt Synodici ministri) an baptisimus infansium à Proponente, veram vocationem non habente, baptizatorum sufficiat, conueniens indicat studiose tollendum esse scandalum, quod inde populo obuenire possit: tamen cum eiusmodi baptisimus nullius valoris sit, infans in Ecclesiam Dei introducendum esse per verum baptisimum, iuxta Synodi Picaniensis decisionem. Si id non est anabaptisimum profiteri, excusandi pari modo erunt & ab anabaptismo eximendi, quos semper

eo nomine damnauit Ecclesia, Marcionistæ, Novatiani, Donatistæ, Ariani, Ennomiani, Armeni, Schismatici, Græci, & ipsi etiam recentiores, quos & Caluinus peculiari opusculo & eius symmis, non pauci, nostra tempestate confutauerunt, anabaptistæ. Nunc occurrat mihi ingens miraculum quod anno 1579. Amsterodami contigit. Mulier catholica viro Caluinista nupta cum peperisset, infantem aqua baptismali à persona laica clam abluendum certauit, certo sibi persuadens, infantem ministro, à viro suo offerendum. Quod ubi clam factum est, defertur infans ad Caluinisticum conuentum lumbi. Verum ecce magistrum palam in omnium oculis baptizare volentem, vox ita deficit, ut ne verbum quidem profere queat. Quo miraculo attonitus pater infantem in sinum accipit, vxorem interrogat, quæ, quod erat confessio, respondet infantem more ecclesiæ Catholice baptizatum esse: ad quam idcirco & ipse, & reliqua familie pars aggregantur. Hoc velim attendant Præteritiformati simulque intueantur opposita spiritus virginis cornua, quibus agitur Caluinus, nunc pro aiente, nunc pro negante parte decernat. Pro aiente quidem, dum in Epistola 334. ad N. N. sic ait. Ferendus est qualiscunque baptisimus. Et paulo post: Olim cum unitas esset religio, haud dubie multi viri ac corrupteli implicati circumciso sunt: quam tamen iteratam fuisse non legimus, cum reuocaretur populus ad purum cultum. Et in Epist. 87. ad Læium Zozimum: validum censet baptismum, etiam quem diabolus administrauerit. Postquam enim asseruit valdum esse Papistarum baptismum, subiungit: Cum Papistarum baptismum à luforio distinguam fingis tibi responsum, quod tanquam à me datum impugnes. Non reperies in meis literis, scio pendere illius vim ab intentione consecretis. Tantum nisi fallor idcirco dixi efficax, quatenus in hunc finem administratur, ut in Christi corpus nos inserat, vel ut nostræ sit renouationis symbolum, iam nihil mea refert sit ne homo Lucianus qui baptizatur, sit ne Diabolus. Tantum enim respicienda est institutio, & continuus vsus, qui à Christi mandato, tanquam ex fonte fluxit. Certe non heri primum cepti baptizandi ritus. Eum nec Papistæ, nec idololatri alij excogitarunt. Perperam itaque eum estimas, nisi ad originem suam cum reuocas. Vt cunque à multis prauis actionibus vitatus fuerit, semper tamen satis hoc fixum baptizari Christi mandato, in nomine Patris, Filij & Spiritus sancti: Vt sit regenerationis testimonium. Hic est finis quem considerandum doceo. Imo contrarium sentientes seuerè carpit, & catapaptistas vocat, lib. 4. Instruct. c. 15. §. 16. Tales, inquit, hodie sunt catapaptistæ nostri, qui rite baptizatos nos pernegant, quod ab impijs & idololatri in regno Papali baptizati sumus. Itaq. anabaptisimum furiose arguit. Aduersus quorum ineptias satis valida ratione munimur, si cogitemus nos baptismo initiatos, non in nomen alicuius hominis, sed in nomen Patris & Filij & Spiritus S. Ideo, baptismum non esse hominis, sed Dei, à quocunque tandem administratus fuerit. Vt maxime Dei & totius pietatis ignari aut contemptores fuerint, qui nos baptizabant: non tamen in sua ignorantia, vel sacrilegij consortium nostrum inxerunt, sed in fidem Iesu Christi: quia non suum, sed Dei nomen inuocauerunt, nec in aliud nomen nos baptizauerunt. Quod si baptismum Dei erat, habuit certe inclusam promissionem, de peccatorum remissione mortificatione carnis, viuificatione spiritali, participatione Christi. Haecenus pro aiente parte Caluinus, pro qua etiam Compuignat Beza l. qq. & r. p. 2. q. 132. Audiam nunc eundem Caluinum non minus ardentem pro negante dimittentem, & quidem in ea ipsa, quam paulo ante citauimus Epist. 334. ad NN. uti paulo postquam dixit: Si prius baptizet, manifestam esse baptismi profanationem; subiungit. Dubitanter hac de re loquitur Augustinus. Si quis prius baptizet, ubi cogit necessitas aut nullus est, aut remissa delicta. Atque nobis longepetius esse debet inuolabile Christi mandatum, &c. Et mox: Adulterinum ergo baptismum censet.

mus, qui administratus est à priuato homine. Et postea. Non ubi de vero baptisimi vsu admonita fuerit Ecclesia, quod pignorat cum Christi instituto pro nihilo ducendum esse, et de integro baptizandus, qui pollutus fuerit profana assuescentia. In Epistola autem 326. ad Menfonem Populum: de baptismo à feminis (quibus virgente graui moris periculo, vt & viuis laicis baptizare permittit Ecclesia catholica) administrato sic ait: Quomam baptizanda scietia, quam sibi femine arroganti, nihil aliud est, quam crassa superstitio stulta illa & temere suspensa actio pro nihilo ducenda est. Pastorum ergo officium est eas comperire interius legitimo baptismo conseruare infantes, qui stulta & perperam amulatione nihil aliud quam polluti fuerunt. Hæc Calixtini manu spiritus contradictionis. Vide antea.

§.3. Anabaptistæ et iam eadem verba contra pædobaptismum visurpant. Docere enim & baptizare iubet, non ergo baptizandi sunt, nisi qui docentur. Infantes autem docere non possunt, quia nec discere. Negitur baptizandi.

Respondendo. Mitte apostolos, vt doceant, & baptizent, quos docere, & baptizare possunt, si quis doceri potest, non autem baptizari, vtili contigit, quia in aene proclab omni a qua moriebatur, docere illum aene tamen, si quis doceri nondum potest, baptizari tamen potest, et m docendus, cum institutionis capax atas aduenierit. Non igitur illa duo iungenda sunt, nisi in baptismo adultorum. Doceri enim illos, deinde de religione bene institutos baptizare oportet. Etiam illa igitur est, quod hinc deducunt argumentum: solo enim in narrationis ordine nititur, qui si tanti putaret, esse, vt baptizari nemo possit nisi institutus, deducit de altera parte iudicandum erit, cum dicitur: *Discentes eos seruare omnia, quae cumque mandauero vobis.* Hoc enim est post baptismi mandatum proferitur, non tamen consequitur catechumenos de mandatis non esse institucendos.

§. 4. Sanctissimam Trinitatem hinc omnes sancti Patres, & interpretes contra Arianos, aliosque docuerunt. Est enim locus inuictus, quo tantum personarum expressima mentio proponitur. Et tam Ariani, quam Macedoniani hinc arguuntur.

Nam in prima illa in Ecclesia introductione, in-
tiatione, iustificatione, non est vilius e. caturae inno-
centiae, neque miscetur in mysterio lauacri, Deus &
creatur. Vt Nazianzenus in orat. de Trinitate. Am-
bros. lib. 1. de Spiritu sancto c. 1. Didymus l. 2. de Spi-
ritu sancto. Fulgent. contra obiect. Arianorum. Ve-
rissime illi docent, nullum *eis* *ὄνομα*, in nomen crea-
turæ baptizari. Est autem in nomine Patr̃s & Fĩi, &
Spiritus sancti baptizari, idem, quod auctoritate, po-
testate, invocatione, atque adeo consecratione sui ad
fidem, istam Trinitat̃ s. ulem baptizari. Sic Marci vlt.
In nomine meo demonia eijcent. Matth. 18. In nomine meo
interrogat. Ioan. 5. In nomine Patris mei veni, &c. Atha-
nasius hunc locum vt inuictum semper opposui. A-
rianus, contra A. ianos oratione 3. & ad penitentium
regem Iouianum, ad Serapionem contra Macedoniũ,
de tribus personis, contra Potentium Vrbicum. De
vinitate deitate Trinitat̃. ad Theophilum. de Trinitate.
et quæ patres omnes secuti in hodiernum vsq; diem
vsurpant.

Et de Synodo Arim. & Seleuciae. Patrem vocati
dicit, non πατρί, sed πατρί, τοῦ θεοῦ. Eodem modo Hilar.
l. 1. de Trin. Amb. l. 1. de Spiritu sancto cap. 14. adeo
vero versu Ecclesiae locum datum magni fecit, vt Theo-
phyllactus exclamet: ἀγαπῶμεν τὸν Ἀπὸστολὴν καὶ Σα-
βῆτον, ἀγαπῶμεν καὶ τὸν θεὸν ὡς ἡμεῖς οἱ Χριστοὶ· εἰς τὴν ὁ-
δοῦν βαπτισθέντες, ἀπὸ τοῦ ὁνομασθέντες τὸν ἑαυτῶν ἐν
ἡμέτερον, εἰς τὸν θεὸν τὴν εἰρήνην καὶ τὴν χάριν, ὁ καὶ ὁ καὶ
τὴν ἀποστολὴν ἡμεῶν ὁ καὶ τὸν θεὸν ἐνὸς προσώπου, ὡς
λέγει τοιαύτης τῆς εἰρήνης ἡμεῶν ἐκ τῆς χάριτος καὶ τῆς

καλον μὲν πεπερος ποτὲ ἡ τοῦ, ποτὲ ἡ πνύματι, ἀλλὰ
 τρεῖς μᾶλλον προσώπων ἐν ὁνομαζήτων, τὸ θεός. Id est.
 Erubescant igitur Arius & Sabellius. Arius quidem,
 quia non dicit Christum in nomina baptizare, sed in
 nomen. Nomen vere trium vnum est deitas, vnus igi-
 tur Deus tria. Sabellius vero, quia trium personarum
 meminit Dominus, non vnus personæ, tria, et ipse
 ipse nugatur nomina habentis, quæ aliquando pater,
 aliquando filius, aliquando Spiritus sanctus vocetur,
 sed potius est trium personarum vnum nomen habentium,
 quod est Deus.

VERSUS 20.

*Docentes eos servare omnia quacun-
que mandavi vobis. Et ecce ego
vobiscum sum omnibus diebus,
usque ad consummationem sæculi.*

QVÆSTIO I.

*An omnia seruanda fidelibus, quae Dominus
mandauit?*

§. 1. **N**on sola fide contentum esse Deum monet Euthymus, vitam bonam adiungendam esse demonstrat. Eadem tenent a hortatur Theophylactus: *οι τοι εισαν υμειν οτι δε βαπτιζαν, εις τοι νοματις ταυταις. τιμω θεολογια ημιν παρεδωκεν. ειπων οτι δε δαδαιεν, υμειν τοις εντολοις ταυταις, τιμω αμαρτιαν, οπερ τιμω ημιν εισηγησασιν.* Id est. Itaque dicens, oportere baptizare in nomen S. Trinitatis, Theologiam vobis tradidit, cum dixit, docendos ut mandata servarent, practicum nobis virtutem continerent.

Teneſti uſque hodie illam fidem græci, ſic enim le-
reſias patriarcha germaniſ reſpondet. Non ergo in o-
peribus glorandum eſt; facere tamen ea, & implere res maxi-
me neceſſaria, abſque diuiniſ in operibus ſalutem confequi
impoſſibile eſt. Si igitur pareamus Domino dicenti: ſi ſciſ
hæc; beati eſtis, ſi feceritis ea: benedices noſtra habebis.

Itaque de impossibilitate preceptorum diuini non fratres sectarii in captiosa Epistola ad Ieremiam, neque. ut quidem fecerunt, & merito erubescunt apud peregrinos. Quomodo enim Christus iubet omnia seruare, si ne vnum quidem possumus? Quomodo seruari iubet omnia, si lex decalogi abrogata est? Mosaicam impossibilis, Christus nullam tulit? Quod vero est *ἐν τῇ ἀρχῇ* præcipere, si nihil Christus mandauit? Quid *ἐν τῇ ἐσχάτῃ* seruare, si lex non est posita fidelibus? Recte Lutherus in 1. Genes. fuisse fanaticos, qui legem positam primis hominibus negarint. Quod si verum est, nec tentari, nec peccate potuisse constat. Sic Haeretici Christi in os contradicunt. [Lex hos, inquit *ἐν τῇ ἀρχῇ*, obligat ad obedientiam, vel ad penam, & c. pena a filio perfoluta est. liberati sumus a maledictione legis moralis, quia filius Dei perfoluit νότον, & c. Non acculat, non damnat lex reconciliatos: abrogata est lex, quod ad maledictionem attinet, non quod ad obedientiam attinet.]

§. 2. Et hic quidem perfectus est Libertinismus. Non esse legem positam iustis, vteam seu utantur. Nam primis parentibus iustissimis lex posita est: & eos ita mutavit, vt facere vt violata iniustus. Quare autem an illi qui non seruant omnia ab Apostolis propolita, à Christo imperata saluentur? Si nihil obstat violatio mandatorum Christi nostræ salutis, cui irrita demandat: si seruanda sunt, possunt ergo seruari. Ideo veto lex damnans non ponitur iuris, quæ aluerat. San-
 Quæ Am brosius. In corde iusti lex est Dei. Quæ lex: non scripta sed naturalis. Iusto enim non esse lex posita, sed inuicta.

Opera fidei
iungenda.

Lex non est
impossibilis:

In corde eius lex est, non perfunctorie sicut in labiis Iudaorum. Corde enim creditur ad iustitiam, qui credit & loquitur; qui autem loquitur non continuo credit. Denique non credidit populus, de quo dictum est. Populus qui labiis me honorat, cor autem eorum longe est à me. Si igitur gentes cum ea, quae legi sunt faciunt, ipsi sibi sunt lex, cognoscentes, quae sequi debeant vel cauere, quanto magis fidelis & iustus, qui ad imaginem & similitudinem Dei viuit, decora nouit & honesta discernere, & vii legitimo quodam naturalis sapientia gubernaculo, ne eius supplantentur vestigia sicut Esau, quem propter gula auaritia frater supplantauit, ut caderet atque in mortem vestigia eius effudit? Quo magis iustus est quisque, eo magis illi insidiatur inimicus: & ideo ait scriptura. Considerat peccator iustum, & querit perdere eum: Dominus autem non derelinquet eum in manibus eius: nec damnavit eum, cum iudicabitur illi.

Lex in corde scripta.

Imo lex posita est in corde iusti; ut & hoc mandatum, ut docerent Apostoli omnes gentes, ita Spiritus sanctus cordibus eorum inculpset, ut nullis promissis aut terroribus à continua Evangelii praedicatione cessarent. Si Apostolis incubuit necessitas promulgandae legis, eadem etiam auditoribus imposita est, ut parent. Quomodo vero lex fidelibus sit posita, & quomodo contumacibus exponit Augustinus in Psalmum 118. concione 11. Post dies illos dicit Dominus dabo leges meas, in mentibus eorum & in cordibus eorum scribam eas. Ecce quomodo voluit iste legem sibi poni à Domino, non sicut iniustus & non subditus ad vetus testa-

mentum pertinentibus posita est in tabulis lapideis: sed sicut sanctus filius libera, hoc est superna Ierusalem, filius promissionis, filius hereditatis aeternae, sancto Spiritu, tanquam dignum Dei, in mente datur & in cordibus scribitur: non quam memoria teneant, & vita negligant, sed quam scient intelligendo, faciant diligendo, in latitudine amoris, non in timore angustis. Nam qui timore poena, non amore iustitiae opus legi facit, profecto inuitus facit. Quod autem inuitus facit, si posita fieri, mallet utique, non iuberi. Ac per hoc legi quam velle non esse, non est amicus, sed potius inimicus: nec mundatur opere, qui immundus est cogitatione & voluntate. Talis non potest dicere quod iste dixit in superioribus verbis, Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum, quia illa dilatio charitatem significat, qua secundum Apostolum legis est plenitudo. Cur ergo iste adhuc poscit sibi legem poni quae utique si non ei posita fuisset, non in viam mandatorum Dei in cordis latitudine cucurrisset? sed quia proficiens loquitur, & Dei donum nouit esse quod proficit: quid aliud petit, cum sibi legem poni petit, nisi ut in ea magis magisque proficiat? Quemadmodum si poculum plenum teneas, & sitienti dare incipias: & hauris bibendo & poscit desiderando. Quibus autem iniustus, & non subditus lex in lapideis tabulis ponitur: praedicationis reos, non promissionis efficit filios. Sed & ille qui eius meminit, nec eam diligit, eo modo. Reus est, quia memoria eius lapis illi est, quodammodo scriptus: non quo adornetur, sed quo prematur, pondus operis, non titulus honoris.

FINIS COMMENT. IN MATTHAEVM.

